



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 5. Papa hisce mutationibus in Religione attentatis irritatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI  
A. C. 1556.

bus vetitis urgente necessitate carnibus vesci possent, nec minus, quantum posset, se curaturum spopondit, ut Episcopus Salisburgensis hanc concessiōnem approbet, eamque Magistratus confirmet: cum vero hac sua indulgentia facile in suspicionem trahi posset, perinde acsi a Religionē Catholica deficere paratus esset, hinc multis verbis profitebatur, quod nullatenus a Majorum suorum Religionē discedere, nec in cœremoniis, aliisque ritibus quicquam immutare velit, cum neque id sibi licitum foret, nisi supremus Magistratus Ecclesiasticus id ipsum permitteret. Istud diploma, quo hæc indulserat, fideique suæ constantiam erat professus, die ultima Martii promulgabatur.

§. V.

*Papa hisce mutationibus in Religionē attentatis irritatus.*

*Sleidan  
comm. l. c.  
Thuan. l. 17.  
Pallav. l. 13.  
c. 14. n. 1.*

Eodem Mense Albertus Porussiæ Dux a Megalopolitano Duce Genero suo seductus edito diplomate, quod Confessionem Augustanam profiteretur, declarabat, suisque Ministris præcipiebat, ut doctrinam in ea contentam in vulgo spargerent. Hic idem quoque Megalopolitanus Dux Joannem Funckium, qui antea Osiandri erroribus adhæserat, eo induxit, ut palam hosce detestare-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.

staretur, ac soli Augustanæ confessioni insisteret, eoquod illa etiam Spiræ publica Senatus auctoritate fuisse recepta, atque a Carolo Badensi Marchione adoptata, qui ex urbibus ditioni suæ vicinis Ministros evocabat, ut ibidem adulterinam erigeret Ecclesiam. Cunctis hisce Germaniae tumultibus, crebrisque Religionis innovationibus summus Pontifex summopere commovebatur, præcipue cum jam antea Augustanum decretum ægerrime ferret, ac desuper apud Ferdinandum acribus admodum verbis quereretur. Ast Protestantes Papæ indignationem edocti Cæsarem, ut præfatum decretum declararet invalidum, a Papa follicitari suspicabantur, eorumque timor inde magis augebatur, quod Cardinalis Augustanus, qui Protestantibus summopere adversabatur, in Italiam fuisse profectus; existimabant enim, hoc iter ab eo haud alio ex consilio suscepimus, nisi ut de opportunis hoc decretum revocandi, atque Ecclesiæ jurisdictionem in Germania restaurandi mediis clam cum Papa conferret. Quinimo in vulgus spargere haud dubitabant, quod Pontifex sæpius cum Augustano Cardinale hac de re egisset, Cæsaremque suo Sacramento solvisset, eique validas militum, ac pecuniæ suppetias pro bello

*Hist. Eccles. Tom. XLII. Z in*

Sæcul. XVI. in Protestantes movendo fuisse pollicitus. His addebat alii, quod Philip-  
A.C. 1556. pus Hispaniæ Rex octo armatorum mil-  
lia intra Germaniæ fines ad rem eo  
magis celandam, conscribere jussus esset,  
ut Principes, cum interea Ratisbonensi  
colloquio intenti a suis ditionibus ab-  
essent, collectis omnibus viribus eo va-  
lidius invaderentur.

## §. VI.

*Augustani Cardinalis vindiciae contra  
hasce suspiciones.*

*Sleid. &  
Thuan. l. c.* Postquam Cardinalis Augustanus, qui  
integro ferme anno Romæ moraba-  
tur, inde reversus perceperat, quam  
sinistre plerique de ipso sentirent, per-  
inde acsi cum Pontifice occulta, & Im-  
perio præjudiciofa machinatus fuisse  
consilia, partium suarum esse censebat,  
ut hasce calumnias a se depelleret edi-  
tis literis, quas Germanice conscri-  
ptas exeunte Mense Mayo divulgaverat.  
Romam, inquiebat Cardinalis in suo  
scripto, *officii mei caussa profectus sum,*  
*atque ejus, qui nunc præest, interfui Ponti-*  
*ficiis electioni: statueram equidem ad meos*  
*quam primum in Germaniam redire, sed a*  
*Papa fui detentus, qui tunc emendationem*  
*Ecclesiæ tractabat, ut delectis nonnullis ad*  
*eam rem viris egregiis omnium nationum,*  
*me licet imparem tantæ provinciæ, qui*  
Ger-